

v. 16

**C**IOANNES Petrus Valla Magnifico Victori Pisano  
Veneto optimati patricio Salutem Dicit æternam.

Mecum aliquādiu reputanti Doctissime Victor Pisane quid nam demum: meæ erga te observantiæ pignus: exhibere possem: unde animum meum ob tua de me iugiter benemerita singularemque doctrinam tuam tibi deinctum esse cognosceres: succur-  
tere patris in Marcitullii partitiones ad filium commentaria: utilitatis non contem-  
nendæ: quæ tuo nomini destinando id præstare pollicerentur. Tum quæ præceptoris  
tui amantissimi essent: in quibus animum tuum morte ipsius proxima exulceratum  
& iunctum mœrorem si non penitus leuare. saltem quires reddere leniorem: te a mo-  
ribundis cogitationibus ad imortales rerum scientia reuocando. Tum quia auctoris  
eminentissimi ciceronis a quo & iam persuasum omnibus est: ipse totus pendes: quæ  
ut par est tā quæ humano generi datum numen suspicis: admittis: sequeris & præceptis  
eius pares ac obtemperas. Hinc dicendi arte excellis opulentæ quādam ciceronianæ  
facundiæ præferens imaginem. Hinc debitis quoque tuæ doctrinæ decoraris magi-  
stratibus: ut in hac tua iustissima ciuitate nunquam fere ab officio uel publico magistra-  
tuum: uel priuato amicorum plane tibi cessare liceat: ita in ea insignibus uirtuti-  
bus cunctis te spectantibus ad omnem æquitatem offers affabilem: iustum piūque: quo Ve-  
netiis ipsis in tā inclyto senatu nihil benignius: nihil humanius: nihil integrius esse uspiam  
prædicatur. Possem certe hic plures mentis tuæ cultus celeberrimos multis laudi-  
bus efferre: quibus supersedeo: ne dum pluribus tecum agam subblandiri tibi alii  
quibus uidear quandoquidem te eum esse: cognoui: qui malis re ipsa in conscientia  
tuæ penetralibus esse quæ dici bonus. Cæterum pulcherrimæ esse facultatis nobilita-  
tem ad gratiam utriusque auctoris conciliandam memorare conniterer. nisi te quæ me-  
ditatissime cuncta de ipsa tenere sciam: & amborum cineres uenerari ne dum con-  
ciliatos habere. Quæ igitur ad te dedimus commentaria inspicito non enim admo-  
dum multis litteris continentur ut possint plurimum occupata tua tempora longiore  
sermone distinere: quod cum facies nostri memineras scio. Vale & nos amore persequere.